



Disputatio juridica inauguralis de probationibus

<https://hdl.handle.net/1874/347221>

8.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
PROBATIONIBUS,
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
Ex Autoritate Magnifici Rectoris,
D. HERMANNI van HALEN,

S.S. Theologiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii, Verbique Divini ibidem in
Ecclesiâ Præconis,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicci consensu, Nobilissimeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
ritè, & legitimè consequendis.

Eruditorum examini subjicit,

JOH. VANDER HELST, Amstelodamensis.
A. D. 1. Jun. hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc Ioc Lxxxix.

8
Illustri, Nobilissimo, Gravissimoque VIR O,

D. JOANNI SYSEN, J.U.D.

Domino in Veenhuysen &c. in Republica Groningen-
gensi, senatoria Dignitate, ac prudentia clarissimo,
ad fæderati belgii consilia quondam delegato, per
cognitionem mihi juncto, omni amoris, ac honoris
cultu in æternum excipiendo.

N E C A N O N

Vigilantissimis, Dignissimisque,

D. PAULO BUSIO, J.U.D.

In urbe patria Jurisconsulto celeberrimo, in hoc
munere seniori meritissimo, fautori plurimum
honorando.

D. THEODORO GRASWINCKELIO,

J. U. D. coram Curia Hollandiæ juris legumque
peritissimo, Viro cum sapientissimo, tum integer-
rimo Amico, unicè colendo.

D. REGNERO STAPEL,

In foro Amstelodamensi pragmatico expertissimo,
Procuratori facundissimo, probitate, & humanitate
satis conspicuo, Patrono, de me, meisque studiis,
quam optimè merito, omni grati animi testifica-
tione sempiternè prosequendo.

Mæcenatibus apprimè venerandis hæc Inauguralia,

*Eà, qua par est, devotione, ex singulari pariter ac
intimo animi affectu*

Sacra facio

JOH. vander HELST, AUCTOR.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S,
D E
P R O B A T I O N I B U S.

T H E S I S I.



Uanta hujus lemmatis, cuius Provinciam defendendam oboeo, sit gravitas, quantumque in Jure obtineat, ex inde colligo, quod inanes omnes sint actiones, pariter & exceptiones, nisi indubitata probationis fide apud Judicem competentem de iis constet, non tam deficiente Jure, quam non pante, per l. 30. ff. de *Testament* tutela: Tertium Juris objectum consistit in processu Judiciario, seu Judicio, ac variis actionum generibus, §. final.

inst. de Jure nat. gent. & Civil. l. 1. ff. de statu hominum: quibus coniunctissima, & quasi intima dicitur probatio, unde, sive in actionum initio, sive in fine, sive in medio de ea in Jure agatur, secundum ordinem in *Cod. observatum nihil præpostorè commissum esse dici posset; tot. titul. C. de prob. de Test. & fide inst.* Imò, quod adeo sit de substantia Judicii ut in summiis ad minimum Judiciis, omitti haud possit, *Zanger. de except. part. I. c. 2. N. 9.* sic ut per eam omnis lis subsistat, ex consultissimis *Patroni mei*, rerum forensium expertissimi causidici, deliberationibus, ego, dum fuerim amanuensis, ultra quadriennium satis superque exploratum habui, quin ac ideo luculentissimam hanc, & necessariam *probationis* materiam non perfunctoriè, perspicaciore vero mentis acie disquirere quam summoperè excitatus sum.

I I.

An ab adverbio probè, seu probo descendat probatio, latè discutere, cum parvi momenti constet, supervacuum est, de quo *Donell. ad titul. de probat. cap. 1. N. 20.* in transitu nimis imperitos confutasse sufficit, qui pro-

DISPUTATIO JURIDICA

bare dictum putant à probo, quod probè faciat, qui probat, sed ineptè; cum isto modo vir bonus, Reip. consulit, ac inopes liberalitate sublevat, aut agricola, qui in tempore agrum colit, probare diceretur, ubi qui hæc faciat, rectè faciat, & ex officio: quod autem generaliter probare dicatur, quando quis facit, ut probum ac rectum Judicetur id, quod agit, nos aptius putamus, & quidem duplice significacione, respectu scilicet nostri, cum probamus ea, quæ nobis placent, unde & probatum opus, quod adficatum est ex sententia locatoris: *quo sensu & Cic. probatio futura tua est, qui locas: facit l. 37. & l. final. ff. locati conducti*, ac respectu aliorum, quando probare significat, fidem alicui aliqua de re facere, sive argumentis demonstrare, sive alicui persuadere, & facere, ut probetur: *quo & respi- ciunt finalia verba in l. 12. ff. de probationibus*: Id enim præstat in re controversa, quam quis intendit, qui quod dicit, idoneis testibus, aut aliis legitimis probationibus ita esse doceat.

I I I.

Omnis, quæ à ratione de re aliqua suscipitur, institutio, à definitione profici sci debet, *Cic. lib. I. de officiis*: ut intelligatur, de quo disputetur: ideoque, licet plurimas ad rubricam ff. de probat. recitet Gorbosred., mihi propono familiarissimam, *quod sc. probatio sit rei dubia per argumenta, testes, & instrumenta facta fides: rei dubia*: evidenter enim probatione non indigent, *cap. evidenter de accusat. arg. l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog.* sic ut rei demonstratæ satis demonstratæ, frustra quid adjiciatur, & supervacuis labore impendiis, qui rem claram nitorit demonstrare: *l. 1. §. 8. ff. de dote præleg.* quod latet itaque ac dubium sit, probari debet, non notorium, quod enim omnes sciunt, aut saltem scire est verisimile, ut probetur, non est necesse: *l. xi. §. 12. ff. de act. empiri. arg. lib. I. §. 14. ff. de oblig. & act. Gomes. Tom. 3. resolut. I. N. 41. Wesenb. ad ff. de probat. N. 7. v. item facta.*

Per argumenta; artificialia sc., quæ artis ductu & rci beneficio, ejusque circumstantiis, & præsumptionum fontibus argumentando eruuntur, puta, quæ lac in matrimis habet, eam peperisse constat, tum enim artes officium suum præstare debent; *l. 12. ff. de statu hominum & Judex hac de re consullet Physicos*, cum necesse non sit, ut *DD. volunt, JCtum. Physicum esse*, perinde si de finibus quæstio oriatur, *Mathematicos*, ac super læthalitate vulneris medicos, cum artifici in sua arte credendum sit, & *Judex non possit arbitrari ex se in re*, quam prorsus ignorat: *Julius clar. senten. l. 5. §. homicidium. N. 170. Carpzov. pr. crim. part. I. ques. 26. N. 24. Pandus Zachias quest. med. leg. l. 5. t. 2. quest. 5. N. 8. & 9. quare insita à*

Dia-

Dialecticis vocantur hæc argumenta; eò quod rei intrinsecus insint: Et quamvis probationis artificialis, & inartificialis distinctio in Jure non repetriatur, nihil tamen habet incommodi, cum res ipsa reperiatur, l. 2. C. de testibus l. 2. C. quor. appell. non recip. reperitur nihilominus apud Aristotem, Quinilianum, aliosque Rethores, quibus hæc artificialia èrunt vobis sunt dicta.

Per testes, & Instrumenta; vulgo inartificialia, oratoribus ère vobis dicta, pariter ac assumpta, quod extra rem aliunde assumantur, sine ingenio, & arte artificis, & ad fidem faciendam ex Juramenti delatione, testium, & instrumentorum productione, partiumque confessione colligantur, in quibus maxima contentionum forensium pars consistit, l. 15. C. de fid. instrum. Vinnius part. Jur. l. 4. c. 25. l. N. quæ probationis artificialis, & inartificialis genera ab oratoribus desumpta, eleganter ex jure demonstat Donellus c. 5. de probat. quorum species, cum non parem habeant vim, inde nata est, & usu forensi recepta, probationibus in plenam & semiplenam divisionem vero in ff. ut & in C. de probationibus primo generaliter tractetur, deinde de iis, quæ sunt per testes & instrumenta, vel ideo, harum partitiones pro effectu, & vi, quam in Judiciis habent, præmissis, quis, cui, quid, quando probare debeat; in opportuniorem locum trajecimus, quando singulis plena, & semiplena probationis species, pro modo suscepit operis singulis persequemur argumentis.

I. V.

Ei incumbit probatio qui dicit, non ei qui negat: l. 2. ff. l. 23. C. de probat., hæc perpetua est Juris regula; quæ cum sit bimembris, primo de affirmante agam. dicit autem non solum actor, sed & reus, cum sc. probat suam exceptionem: at dicendum videtur reo non incumbere onus probandi, cum tantum ei incumbit, qui agit, per l. 21. ff. eod. Sed per d. l. 2. dicendi incumbit, ergo & reo per auctoritatem l. 1. C. eod. ubi debitor probare tenetur, solutam esse pecuniam olim creditam, unde & reus excipiendo actor dicitur fieri: l. 1. ff. de except. l. 19. ff. hoc. tit. sed movent questionem DD., an uterque per d. l. 1. C. eod. non probare teneantur, cum uterque dicit, actor se credidisse, reus se solvisse? quam sententiam fovet Barthol., sed refutatur ab aliis, & recte, nam primo, qui dicit se solvisse, dicit se solvisse debitum, cum solutio ejus sit, quod debetur: princ. institut. quibus mod. toll. oblig. non opus igitur, ut probet actor creditum, cum reus fateatur mutuam pecuniam, eò quod se solvisse dicat, & quod dicit actor non & controversum: ac præterea per d. l. 1. probatio

6 D I S P U T A T I O J U R I D I C A

injungitur reo, sic ut actor liberetur: solet & etiam moveri hæc questio, cum actor instituat conditionem certi, quæ ipsi ex mutuo nascitur princ. institut. quibus mod. re cont. oblig. reus autem dicat, se dubitare, an pecunia sit soluta, quia habet justam ignorantiae causam quis hic probet? & puto quod actor debeat probare, numeratam esse pecuniam, reus enim nihil dicit, adeoque nihil probat: ubi autem probaverit actor se credidisse, jam superest reo adhuc illa defensio, exceptio sc. solutionis, quam probare tenetur:

V.

Ei incumbit probatio, qui dicit d. l. 2. nisi præsumptio aliquando probandi onus transferat in adversarium per l. 24. ff. de probat. sic per l. 25. ff. eod.; qui ait, se solvisse indebitum, probare hoc tenetur, cum præsumptio militet contra eum, & nemo præsumatur adeo resipinus, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat: ubi præsumptio est pro patre, filium esse in potestate, filius, licet neget se esse in potestate, ob præsumptionem probare tamen id cogitur. l. 8. ff. eod. nec obstat, quod negantis nulla sit probatio, cum non tam negat filius, qui ait, se esse sui juris, ac se libertum esse contendit per d. l. 8. & l. 5. §. 1. ff. eod.: sic creditor, qui replicat, patrum personale intervenisse, probare debet, cum præsumptio sit pro herede, & plerumque tam heredibus nostris, quam nobis ipsis cavere soleamus: l. 2. ff. eod. sunt enim pacta ad heredes transitoria, ac pactum in dubio Reale præsumitur non personale: item Magistratus, quando pupillis tutores dedit, tenetur actione subsidiaria, si non sint solvendo tutores, aut curatores per l. 1. in pr. ff. de Magist. conv. hic si excipit, quod tempore dationis fuerint, solvendo, & satis idonei probare illud tenetur per §. 13. d. l. 1.; cum tamen videbatur dicendum pupillo incumbere probationem, ratio est, quia quisque præsumitur non idoneus esse facultatibus, nisi contrarium probetur, id est non præsumuntur facultates, magis præsumitur paupertas, Donell. ad tit. de probat. cap. iv. pertinet & huc l. 2. ff. de partis: arg. l. 18. ff. de adim. & transf. legat. seq. cap. final.

V I.

Ei, qui dicit, incumbit probatio. d. l. 2. Quod non procedit in materia possessoria rei corporalis: possessor enim tuetur se commodo possessionis, itaque non probat per l. 2. C. hoc titul. l. 24. ff. de rei vind. l. final. C. eod. l. 2. C. de edendo: §. reuinenda 4. inst. de interdictis l. 1. §. 6. ff. uti possidetis: hinc possessor nunquam dicitur agere itaque nunquam probat: neque obstat l. 16. C. de probat. emancipati enim non idcirco probare tenentur, quod possi-

possident, sed quia prædia donata asseverant, cum bona a defuncto relictæ, non præsumuntur alterius esse, aut ab eo donata, nisi de donatione constiterit: pugnat tamen cum l. xl. C. de hered. petit. ubi possessores titulum suæ possessionis dicere coguntur. Sed scire leges non est verba earum tenere, sed mentem, ac sententiam, cap. vi. decret. Greg. de verb. signif. Grotii introd. l. 1. p. 2. N. 29. imo & contra verba mens est attendenda, textus in l. non dubium C. de legibus: ac proinde in d. l. 16. non hæc fuit Impp. sententia, ut titulus possessionis probaretur, sed prædia tibi esse donata, ergo in collationem non imputanda: sic ut possessor prædiorum non oneretur ulla probatione, & si nihil contra eum probatum fuerit, remaneat dominus, per d. l. 2. nec implicat ullam contradictionem quod nihil causæ habeat proprietas cum possessione l. 12. ff. de adq. vel amittend. possess. l. 115. ff. de verb. sign. cum aliud sit dominium proprietatis: l. 13. ff. de adq. rerum dom. aliud sit dominium possessionis: l. 2. C. ubi in rem act. Gothof. ad final. verba l. 1. C. de judicis. Quid autem de uno casu, quo possessor partes actoris obtinere dicatur per final. verba §. 2. inst. de actionis, sit decidendum; cum in toto jure nullibi reperiatur, me nescire ingenuè concedo, & nescire quod leges non indicent; est docta ignorantia; sic ut, infelix labor fuerit, tam diu, & anxiè quæsivisse & non invenisse, ac inventum iri spes sit nulla, dum unus ille casus, dquo possessor rei corporalis agit in rem κεῖται ἐν διπλῷ: Wissemb. ad inst. disp. 44. N. 16. dissent. Gothof. ad d. §. 2. Jason eod. N. 6. Vinnius ibidem N. 9. Zoisius ad ff. de probat: N. 3. in fine: Schneidw. d. §. 2. N. 49. Pacius, Cujac. Hottomann. ac in numeri alii.

VII.

*Ei incumbit probatio qui dicit d.l. 2. quod & obtinet in rebus in corpora-
libus: arg. l. 7. & 10. C. de servit. & aqua; sic ut in servitutum vindicatione
ex actione Confessoria, constet & possessorem juris, & petitorēm eundem esse
per l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. ff. si servitus vindicetur l. 5. §. final. ff. suisus. petatur,
ac petitoris partibus fungi, & subire necessitatem probandi idem esse docet
Africanus in l. 15. ff. de novi operis nuntiat. atqui, cum quælibet res præsu-
matur libera; l. altius 8. & l. 9. C. de servit. & aqua. possessor ab onere pro-
bandi titulum, quo servitus constituta est, nunquam relevatur. Schneid.
ad d. §. 2. N. 41. seu inter vivos per contractum §. final. inst. de servit.
præd. Grotii introd. l. 2. p. 36. N. 1. & seqq. seu ultima voluntate, l. 16. ff.
commun. præd. & tot. titul. de servit. leg. seu etiam per sententiam, l. usus-
fructus 6. §. constituitur ff. de usufruct. l. 22. §. 3. ff. famil. erciscund. l. 18.*

comm.

*comm. divisa. vel per consuetudinem loci, l. 1. §. final. & DD. ff. de aqua plus
arcend. & l. 1. C. de servitut. à aqua: aut denique per præscriptionem, l. 2.
C. eod. l. 10. ff. si servi vind. Grotii d. loco N. 4. Capolla de servit. urban. præd.
cap. 10. nec obstant l. 43. §. 1. ff. de adj. rer. dom. & l. 14. ff. de servitutibus,
cum possint longo usu, qui pro possessione sit, ita adquiri, ut velut jure
impositæ utilibus actionibus vindicentur, d. l. 10. ff. si servit. vind. l. final.
in fine C. de præscript. long. temp. arg. l. 4. §. final. ff. de usucap. Perezius ad Cod.
de servit. N. 16.*

VIII.

*Ejus, qui negat, non est probatio; pars fuit altera d. l. 2. ff. de probat.
rum, quia nos ipsa æquitas docet, neminem factò alieno onerari debere;
arg. l. 74. & 155. ff. de reg. juris. tum, quia per rerum naturam negantis fa-
ctum probatio nulla sit, perl. 23. C. de probat. l. 11. C. de non numerat. pecun.
non entis enim nulla sunt genera, & propria, nullæ differentiæ, aut qua-
litates, nullaque principia & causæ, a quibus uti definitio, ita & pro-
bationes sumi possunt, Goddeus ad l. 5. N. 11. ff. de verb. & rer. signif. cum
probatio nihil aliud sit, quam vera facti alicujus definitio, atque demon-
stratio: imo nec ea, quæ non sunt in rerum natura, possunt sciri, nec
cadere in personam testis, quia nemo per Ciceronem, rationem ejus, quod
factum non est, aut solet, aut potest reddere: quæ causa, cur testes
non debeant deponere, nisi de his, quæ percipiuntur sensu externo
per l. 18. C. de testimoniis l. 20. §. penult. ff. qui testimoniū facere poss. ac secundum
Baldum testes teneantur deponere de sua præsentia in actu: quo & spectante
dicta seq. Cap. 23.*

IX.

*Ejus, qui negat, per rerum naturam non est probatio d. l. 23. obstat l. opti-
mam C. de contrah. & comm. stipul. cum enim instituatur adversus me actio,
me hoc, vel illo die, contraxisse Francofurti, nego, me contraxisse, &
probo me illo die fuisse Romæ. quæ probatio pragmaticis alibi vocatur:
Zoesius ad ff. de probat. n. 4. Bronchorst. centur. 2. assert. 92. etiam indirecta,
seu obliqua, cuius usus est necessarius, quoties præsumptio est pro eo, qui
affirmat, adversus eum, qui negat, Perez. ad Cod. h.t. n. 9. negat & he-
res, quod legatarius affirmabat, bona sufficere ad legata exsolvenda, nec
hujus negationis probatio est supra naturam, ostensa prius quantitate lega-
torum, & patrimonii defuncti, facile heres probaverit, ac ipsi incumbit
perl. 17. ff. eodem: negat possessor, qui actione in rem convenitur, aucto-
rem dominum esse: §. 1. inst. de actionib. quod facile probaverit, si arg. l.
14. ff.*

14. ff. de prob. fiducia causæ suæ in re recipiat onus probandi dominium; Schneid. ad §. 2. inst. cod. n. 49. cum certum sit, duos ejusdem rei in solidum dominos esse non posse per l. 5. §. fin. ff. commodari, vel contra: Verum non est attendendum, quid ex negatione consequatur, sed quid principaliiter agatur, si quis enim prius quid affirmat, unde id quod negat, per consequentiam colligatur, hic jam non quatenus negat, sed quatenus affirmit, probare intelligitur per Donellum & alios interpretes ad d. l. 23. C. de probationibus.

X.

Præter facti negativam, quæ tempore, loco, & persona, vel simili circumstantia coarctata debet, & potest probari, d. l. optimam: §. item verborum inst. de inutilibus stipul. Godthof. ad d. l. 23. arg. l. final. C. de rebus creditis & jurej. & l. generaliter C. de non num. pec. l. 25. §. final. ff. de probat. & Juris, cum omnia præsumantur legitimè, & secundum juris dispositionem acta, probanda, per l. 5. ff. de probat. sic stipulatio præsumitur solenniter contracta, si sit scriptum, aliquem promisisse: §. si scriptum inst. de inut. stip. l. 1. C. de contrab. stip. sic si scriperit quis, se fidejussisse, præsumitur efficaciter per stipulationem concepta fidejussio: §. fine. inst. de fidejuss. l. 30. ff. de verb. obl. sic instrumentum, cui donatio fundi, etiam ignorante parte illata est, ritè compositum: l. 18. C. de probat. & procedit regulariter, cum præsumptio juris stat pro eo qui quid afferit; Wissenbach. ad ff. hoc titul. n. 9. perinde etiam in negativa qualitatibus; sic qui ex persona collegæ convenitur, eundem tempore depositi officii, solvendo fuisse ostendet per l. 3. C. eod. item per l. 77. §. 25. ff. de legatis secundo, hæreditatem filios meruisse negans heres probare debet: facit l. 20. ff. de manumissis testamento: atque, qui negat testatorem mentis compotem fuisse, & ita testamentum facere non potuisse, probare cogitur. l. nec codicillos C. de codicilles: cum vel in dubio nemo furiosus, ac demens esse præsumatur: Mascar. de prob. concl. 503. n. 20. & concl. 825. n. 5. quo & pertinent l. 13. 14. C. de probat. ubi filius in quasi possessione filiationis esse dicitur, communis sc. opinione in epistolis vel scripturis pro filio habitus, & reputatus: atque debent hæ negativæ, quæ in effectu sunt affirmativæ, ab eo, qui intentionem suam in iis fundat, probari: Perez. ad. Cod. eod. n. 10.

X I.

Eius, qui negat, non est probatio d. l. 2. non obstat l. 22. C. ad l. Cornel. de falsis: per quam tam ex parte accusatoris, quam Rei negantis, in crimen falsi aliquando probationes exigit Constantinus, cum duntaxat meminerit

10 DISPUTATIO JURIDICA

nerit probationum indubitatarum, occasione sc. exhibiti ab adversa parte instrumenti, de cuius fide non tantum a proferente, sed & ab adversario inculpante probations admittuntur. *l. final. C. eodem.* ita ut non per conjecturas, aut quasdam suspiciones, legitimas verò, ac perfectas probations vera de falsis secerni possent: quare nec in dubio ullam interpretationem faciendum esse *DD.* tenent cum inutilis, & perniciosa sit, & per *l. 2. §. 5. ff.* de origine *Juris* dicatur *fori disputatio;* actor itaque, qui falsum arguere paratus est *d. l. final.* nulla expectare argumenta a *Reo*, sed ipse armis instrutus accedere debet *l. 9. C. de edendo:* nec *impugnat l. 3. C. de abolitionibus*, cum a separatis male inferatur, *l. 20. ff. de minorib. l. 5. §. 15. ff. de tribut. act.* & aliud sit purgare se a crimine, aliud probare crimen, imo potest reo aliquando imponi *jusjurandum purgationis*, si sit gravissimæ suspicioneis: nec, quod in moderamine inculpatæ tutelæ reus teneatur probare *1° aggressionem alterius*: per *l. 5. C. ad l. Corn. de scariis: Damb. prax. crim. C. 76. n. 3.* *2° quod aggressus debeat esse in vita periculo constitutus;* & illud non potuerit declinare quam internecione alterius, per *l. 45. §. qui cum ff. ad l. Aquil. Carpzov. in prax. crim. part. I. quest. 29. n. 20. & seqq.* *3° quod in flagranti crimine, seu durante offensione ac tutela, incontinenti internecio facta sit:* *Carpzov. d. l. n. 28.* cum reus homicidium confiteatur, non vero occidi animo commissum, quod si probaverit, absolvitur *d. l. 1. Cod. & l. 1. §. 3. ff. eod.* si enim voluntas nocendi non intercedat, crimen non contrahitur: *Gail. lib. 2. obs. 110. in pr. Matth. Stephan. ad art. 139. & seqq. const. Carolin. crim. ordo proc. in crimin. Reg. Philipp. art. 25. Grotii introd. lib. 3. part. 33. n. 27.* facit jus *Divinum Numer. cap. 35. v. 19. & seqq.* quæ exceptio cum sit peremptoria, & in facto consistat ab accusato probari debet: *S. v. Leeuwen ad Stylum proced. in jud. crim. art. 20. n. 4.*

XII.

*Ejus, qui negat, non est probatio d. l. 2. objicitur denique actio negatoria, negatoria itaque probatio Perez. ad Cod. de servitut. & aqua n. 23. quamvis autem respectu suppositi semper verbis negativis, hæc actio, qua agimus res nostras, non servire rebus, sive personæ illius, qui contendit, jus sibi in eis competere *l. 2. ff. si servetus vind. presupponatur, Jason ad d. §. aque inst. de actionibus n. 47.* non tamen refert, cum implicitè affirmativam implicit, si & verbis affirmativis proponatur, & actor rem suam a servitute esse liberam declarari petat. Zafus ad d. §. 2. n. 31. n. hic adverte. cujusque libertatis ulterior probatio non exigitur, si dominium verè vel presumptivè per possessionem ab actore fuerit probatum. arg. l. 8. a. 9. C. de*

de servitus. & aqua. cum agentis intentio Juris præsumptione fundata sit, & actor agat negativè, reus excipiat affirmativè, & affirmatio, non negatio sit probanda. *l. 23. C. de probat.* nec prodest, licet se in quasi possessione servitutis esse probet, cum & servitutem sibi esse constitutam docere teneatur: *Secundum gloss. & DD. in l. 8. §. 1. ff.* si servitus vindicetur potest tamen, si intendatur servitus eundi per fundum meum, *bac negotioria probari,* non ut *DD.* volunt, probatione dominii, sed quod olim prædium meum quidem serviit, sed servire desit; *arg. l. 21. ff. de serv. pred. urban.* & *l. 20. vers. item siff. de servitut. pred. rust.* vel per *l. 4. §. 7. ff. si serv. vind.* si dicam, prædium non tuo, sed vicini prædio servire; *Schneid. ad d. §. 2. n. 43.*

X I I I.

Judici, qui cum actore, ac reo processum constituit judicarium, *Gudcl. de jure nov. lib. 4. C. 4. cap. forns 10. extra de verb. & rer. signif.* cum super re cognitus sit; *l. 1. C. de cond. ob turpem causam:* probatio facienda est; *l. 12. ff. de probat.* *l. 2. C. de edendo:* an vero secundum acta & probata, an secundum conscientiam judex judicabit, dissentunt *DD.*; quæ novit judex, ut privatus, pro judicio non sufficere, nisi ut publica ex probatis in judicio constent, & ea cognoverit tanquam judex, tenet *Perezius ad Cod. de probat. N. 3.* adeoque verius, si secundum acta & probata judicatum fuerit, per *l. 6. §. 1. ff. de offic. præs. Perez. ad tit. de offic. reib. prov. N. 8.* facit & *l. 3. in pr. ff. de testibus:* nec recedunt *Canonistæ* in *cap. pastoral. 28. §.* quia vero de off. & potest jud., qui, etiamsi liquido constet; falsitate aliqua bonam causam laedi, nihilominus secundum acta & probata, non secundum conscientiam, *innocentem* Judicem condemnantem, in foro animæ excusant. *Clarius lib. 5. §. final. pr. crimin. quest. 66. N. 2.* quam doctrinam periculosam judicat *Vinnius ad inst. de offic. jud. N. 5.* cui tutius videtur, ita ex actis & probatis judicem judicare, ne tamen unquam judicet contra conscientiam; *arg. l. 3. §. ejusdem ff. de testibus l. 79. §. 1. ff. de judiciis,* atqne ne impugnet *l. 14. C. de judiciis;* mihi vero, si salva religione secundum acta, & probata judicare non poterit judex, neutrum fieri debere, placet, & quod *Cujacius 12. obs. 19. & Hottomann. illust. quest. 27.* suadeant, id judici incumbere, ut sc. in tali casu deponat officium judicis & personam testis assumat, ne flagitium religionis ac fidei loco ab ipso exigatur: *Donell. comm. 26. C. 1.* *N. 10.* non enim secundum acta, ne pietatem ac conscientiam laedit *arg. l. 15. ff. de cond. institut.* non secundum conscientiam quia secundum acta & probata judicandum sit *arg. l. 4. C. de edendo:* & testis, & judicis partibus

12 DISPUTATIO JURIDICA

fungi, in una persona non conveniat; ac non audiri possit, cum ad dictum unius testis, judicaret l. 9. §. 1. C. de testibus aut quia denique probatio non Judici, sed hoc modo sibi ipsi fieret: nec obstat d. l. 6. §. 1. ff. de offic. præs. cum ibi non conferantur acta & probata cum conscientia, sed duntaxat inter se, ut non tam instrumentis, quæ falsa esse possunt, quam rei veritate, quæ ex iis, quæ probantur, perspicitur, moveri jubeatur præses: neque l. 79. §. 1. ff. de judiciis, ubi religio non refertur ad conscientiam, sed ad acta & probata, cum ex sententia animi Judicem estimare oporteat, quid aut credit, aut parum probatum sibi opinetur d. l. 3. §. ejusdem ff. de testibus.

X I V.

Quod tertio explorandum erat, quid sc. probari debeat in facto consistit cum ea, quæ facti sunt, probationum sint objecta: l. 16. C. de probat. l. 13. §. 2. ff. de publiciana in rem actione. Merula Synops. prax. Civil. lib. 4. t. 73. cap. 1. an in ipso Jure quoque? vix putem, cum solæ facti quæstiones in potestate Judicis sint, non juris, l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpili. arg. l. 15. in fine ff. ad Municipal. DD. apud Wesenb. ad ff. de probat. N. 7. eò quod omne jus sit certum, l. 2. ff. de juris & facti ignorant. nisi tamen agatur, de Jure Controverso, aut de communi DD. opinione queratur, vel de applicatione Juris ad factum propositum disceptetur, Wissenbach. lib. 22. ad ff. disput. 43. N. 6. quæ cum sit incerta, ubide ea dubitatur, facti quæstionis speciem tum res induit, & Judiciis est, ne aliter judicet, quam legibus, aut moribus (modo hi rationi non repugnant l. 14. & 15. ff. de legibus) sit proditum princ. inst. de officio jud. auth. jubemus C. de judicis: ac si quid à litigatoribus, eorumve patronis minus fuerit dictum, id supplere, & proferre, quod sciat legibus & juri publico conveniri: l. unica C. ut quæ desunt adv. quod rescriptum, an sit intelligendum de his, quæ juris sunt, & non de iis, quæ facti, dissent. DD. Vinnius ad inst. de off. jud. in primo N. 4. in fine: rectius tamen utraque supplere posse judicem, defendit Anthon. Matthaeus disp. VIII. de judicis N. 73. si tamen dubitetur, utrum Jus allegatum vigeat, quod contingit in privilegio, seu consuetudine. quæ facti dicuntur, probari deberet: l. 34. ff. de legibus: Gail. lib. 1. obs. 36. in fine: facit l. 5. in princ. ff. probationibus.

X V.

Ab affirmante Judici probationem facti faciendam esse diximus, quo ordine deciditur in l. 1. & 19. C. de prob. & l. 9. C. de except. sed quo tempore queritur? cum nihil nominatim de eo libris juris proditum sit: unde non male inferatur, si arbitrio judicis temporis definitio relinquatur: Donellus lib. 24.

cap.

cap. vi. vers in ceteris arg. l. i. C. de dilationibus: facit l. 38. ff. de excusat. tistor. regulariter, si ordinario contendatur judicio: Schot. exam. iurid. h. t. post litem contestatam: tot. titul. ut lite non contest. non proced. quando sc. de recognoscendi potestatem judex habuerit, Nov. 53. C. 4. arg. l. 14. §. 1. C. de judiciis & l. 2. C. de jurej. propter column., aut quod intenditur, utrum reus negaturus, aut confessurus sit, sciri poterit l. unica C. de liis contest. usque ad conclusionem in causa: auth. jubemus C. de judiciis: Novel. 115. c. 2. cap. cum dilectus extra de fide inst. quæ & de moribus obtinent. sive in Jure consistat causa, art. 89. instruct. cur. Holl. Merula Synops. lib. 4. t. 84. cap. 2. N. 8. sive in facto, d. instruct. art. 146. & 148. Wielant pran. civil. temp. 6. t. 28. Gail lib. 1. obs. 107. non verò ultra quartam productionem, quæ aliquando cum solennitate legali medio Juramento conceditur: Nov. 90. c. 4. Gail d. l. 1. obs. 91. N. 4. & 5. Merula d. l. 4. Tu. 75. C. 1. N. 2. & DD. & Tu. 65. cap. 17. nec etiam post publicata, testimonia: Godth. ad authent. art. 1. C. de probat. arg. cap. sape contingit in const. clement. de verb. signif. nisi quis tamen bona fide petat, ut ulterius, quid probare liceat: id enim tunc non solet negari, præcipue si sit causa criminalis & probanda rei innocentia, cuius probatio non modo post conclusionem in causa, sed & post rem judicatam recipi solet, l. 1. §. final. ff. de quest. l. 18. §. cognitorum ff. eodem.

X V I.

Potest & ante liis contestationem probari, si ex conventione circa solen- nem ordinem procedunt litigatores: l. final. in fine C. de tempor. & reparat. appellat. quod & usuvenit in exceptionibus dilatoriis, quæ omnes, si paucas dempereris, inter exordia litis opponi, probari, & decidi debent; l. 12. 13. C. de except. DD. apud Zangerum de except. part. 2. cap. 1. N. 3. arg. l. 4. C. de jurisd. l. 16. in princ. C. de judiciis: ob rationem, quæ colligitur ex l. 1. C. de jurisd. l. 1. C. ubi de criminis agi oporteat: Perez. ad Cod. de except. N. 5. Gail lib. 1. obs. 33. N. xi. nisi forte post judicium cæptum novæ cause, judicem tanquam suspectum recusandi, emerserint c. 24. de offic. & potest. jud. deleg. & cap. 4. de except. Nec adversatur l. 19. C. de probat. cum exceptions dilatoriæ sint duplicis generis, quarum aliæ concernunt processum judicia- riū, ut incompetentiis fori, procuratoris: l. 7. ff. de judiciis: §. xi. inst. de except. & per d. l. initio litis opponendæ; aliæ autem ipsius cause merita, ut pacti conventi de non petendo §. x. inst. cod., non de dilatoriis judiciis, sed potius de dilatoriis actionis, & causæ, de qua agitur, vulgo intelli- getur. Perez. ad Cod. de except. N. 4. cum hæ proponantur, lite demum

contestata, & probentur, probata agentis intentione Wesemb. in parat. de except. N. 10. Schneidw. ad inst. eod. N. 9. §. declinatoria; Vinnius ad inst. h. t. §. xi. N. 10. æque ac præscriptiones peremptoriæ, quæ, cum non adjudicium constituendum, sed jam constitutum finiendum pertinent, quæ docunque ante sententiam proponi & probari possunt: l. 4. & 8. C. de except. l. peremptorias C. sentent. rescind. non. poss. l. 10. C. de fidejuss. Gudel. de jure nov. l. 4. c. 7. N. 4. quibusdam tamen exceptis, quæ ideo privilegiatæ dicuntur, quod litis ingressum impediunt: Bartol. in l. cum querebatur, judicium solvi: ut sunt rei judicatæ, transactionis, solutionis, & similes, quæ præter rem principalem etiam instantiam concernunt, & tum ut peremptoriæ facti, in continent probandæ: Bartol. in l. final. N. 3. ff. pro suo Baldus & DD. in l. editio C. de edit. div. Adrian. tollend.

XVII.

An vero contestari eas peremptorias initio litis; sit necesse, non est expeditum: contestationem enim exigunt, l. 9. C. de præc. long. temp. l. 8. & 9. C. de except. non exigunt, l. 2. C. sententiam rescindi non posse: l. 4. C. de except. l. 10. §. 1. C. de fidejussorib. hanc discrepantiam dextrè satis videtur sustulisse Donellus 24. comm. 2., distinguens inter judicia stricti juris, & bonæfidei: in illis, cum nihil in judicium deductum intelligi possit, de quo lis non aperte contestata sit, ultra quod judicis potestas non excedit l. ut fundus ff. comm. divid. l. unica C. de litis centes., initio litis nominatim contestari requiritur, ac postea pro arbitrio objici non licet, Damb. prax. civ. cap. 120. N. 4. in his autem per officium judicis exceptionibus, et si non oppositis, satis consultur, etiamsi per contestationem nominatim non expressæ sint: §. 30. inst. de actionibus l. 3. ff. de rescind. vend. l. hujusmodi §. quiservum ff. de legatis primo: l. 38. & l final. ff. de hered. petitione: hodie autem, post sublata bonæ fidei, & stricti juris judicia, indistincte in quibusunque judiciis, judicis potestatem extendi, ut peremptoriarum exceptionum, quarum contestatio expresse facta non sit, si postea allegentur, cognitionem assumere posse, communis est Schola: arg. C. 12. de except. Gudel. de Jure nov. lib. 4. c. 8. N. 10. & multorum tribunalium stylo receptum est, ut reus simul, & conjunctim, quascunque exceptiones litis initio proponat, quod vocant procedere ad omnes fines: Damhoude. prax. civil. cap. 139. Imbert. institut. forens. lib. 1. c. 31. exceptis declinatoria fori, litispendentiae, & litisfinitæ, quæ solæ, & per se proponi possunt: Instruct. cur. Holl. art. 88. Wieland. prax. civ. Temp. 5. c. 20. & DD. apud Groenw. de ll. abrog. ad tit. inst. de exceptionibus.

XVIII. Op-

X V I I I.

Opponi & possunt exceptions post sententiam *actioni rei judicatae*; quod sc. receperit actor id, quod petebat, l. 1. C. de *re judic.* quod post rem *judicatam novatio facta sit*, l. 4. §. si ex *conventione ff. eodem* l. 1. C. de *execut. rei jud.* quod obligatio ipso jure extincta sit, l. 5. §. *penult. ff. de re judic.* l. 2. C. de *compensat.* exceptio Macedoniani; Vellejani, l. 11. ff. ad SC. Macedon. licet enim utusquisque juri recte renuntiet, dum juripro se introducto, l. *penult.* C. de *pactis:* tamen jus, quod alterius, aut publicæ utilitatis causa, introductum est, nullius privata pactione, aut dissimulatione mutari potest: l. *jus publicum.* l. si unus §. *pacta ff. de pactis.* Donellus lib. 22. cap. 8. N. 79. item doli mali, qua petimus nobis cedi actiones, l. 41. §. 1. ff. de *fidejuss.* & regulariter omnes exceptions, quæ non tam causam, quam executionem impugnant, & post sententiam non vero contra eam opponuntur: DD. apud Merulam synop. pr. civ. lib. 4. T. 40. C. 14. N. 2. Gothof. ad l. 4. ff. de *compensat.* Gail. lib. 1. obf. 113. & lib. 2. obf. 117. dissent. Bronchorst. cent. 4. affert. 20. dum autem in executione adhibetur cognitio summaria, l. à divo Pro. §. si *rerum ff. de re judicatae,* exceptions, quæ possunt probari *incontinenti*, & non requirunt indaginem, admittuntur: l. 3. §. ibidem ff. ad exhibendum arg. l. ille à quo §. si de *Testamento ff. ad SC. Trebell.* & l. si is à quo in prin. ff. ut in possess. legat. ac proinde, si ex falsis instrumentis, vel testimoniis judicatum sit, condemnatus illico falsi cognitionem probare tenetur: l. 1. & 4. C. si ex falsis &c. Gothof. ad l. 4. §. 6. ff. de *re judicata.* respuntur vero; si quæ indagatio procedat à facto, & facti probatione, sive à dubitatione juris, super quan non est certa ac indubitate determinatio per DD. in §. in *bonae fid. inst. de actionibus* cum hæc non possint opponi in causis brevibus, summaris, & executivis: Perez. ad Cod. de edicto *Dive Adrian.* N. 3. Claudi conf. 23. N. 60.

X I X.

Quo nos ordo hactenus perdixit, sunt plenæ probationis species, quæ sex à DD. vulgo enumerantur, & quidem ad *primam*, quam *testibus fieri* constat; de quorum usu, cum frequens, ac necessarius sit: l. 1. ff. *determinib: praestaret tacere*, quam pauca dicere: *numerus*, ubi non specialiter est expressus, duo sufficiunt, l. 12. ff. & l. 9. C. cap. 23. extra de *testibus:* modo sint omni exceptione majores l. optimam in fine C. de contrah. & comm. stipul. §. 12. inst. de *inutilib. stipular.* nec obstat, quo minus *judex ex justa causa plures requirere possit*: l. 1. §. final. & l. 3. §. ejusdem

dem ff. b. t. *Donel.* ad. d. tit. cap. 7. & 10. ac quando plures ob suspicionem
lege desiderentur, ut in testamentis septem, §. 3. inst. de testam. ord. l. 12.
C. de testam. in codicillis quinque, l. final. *C. de codicillis.* totidem si aga-
tur, de solutione debiti, nulla apoca accepta, l. 18. *C. de testibus.* *Mijn-*
singer. cent. 1. obs. 5. & in comparatione literarum tres, l. 20. *C. de fide*
inst. Nov. 73. c. 1. 2. l. xi. *C. qui potiores in pign.* non minorem nume-
rum recipere tenetur: sic & amplissimum ad sufficientem coarctare, & mo-
derari ex constitutionibus principum etiam ipsi concessum est: *Donell.* ad tit.
de testam. cap. 10. N. 20. ne effrænata potestate ad vexandos homines su-
perflua multitudo testium protrahatur l. 1. §. final. ff. eod. cap. significave-
runt extra de testibus: atque si plures sint ejusdem honestatis, & existima-
tionis, ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora compererit Judex,
animi sui motum confirmabit, l. 3. & 21. in fine ff. eodem l. 16. ff. de ac-
cusationibus.

X X.

De persona testium quæritur, an fides nulla ex causa legitima elevari pos-
sit? Cum enim suspicionis exceptio poterit opponi, ad probationem ni-
hil conferunt per l. 2. à 3. ff. de testibus: si pauper itaque, quem fames
magis, quam fama incitat, testimonium præbeat, an de jure admittatur,
concedo, quamvis interpretes cum *Duaren* distinguant, si habeat quin-
quaginta aureos in bonis, admitti; recusari vero si non habeat: arg. l. 10.
ff. accusat. ac quod egenus honestæ fidei, & vitæ à testimonii dictione
nunquam repellatur, tenet *Clarus sent.* lib. 5. §. final. quast. 14 v. Sed hic
etiam arg. §. final. inst. de suspect. tutor. cum non facultates, sed mores
quem suspectum faciunt: l. 8. ff. de susp. tutor. quo & pertinet compara-
tio in d. l. 3. non sc. ut egenus secludatur, sed ut tantam, quasi locuples,
non mereatur fidem, nec tantam plebejus humilior, quantam senator ac de-
curio, quod in judicis prudentia, & religione positum est; perinde ac si
agatur de amicitia testium, an sc. sint admittendi, ex levi amicitia, quæ
media dicitur *Goddæ.* ad l. 223. §. 1. N. 2. 3. ff. de verb. sign. an autem
repudiandi ex intima amicitia, quæ ex convictu quotidiano, & aliis assiduis
officiis deprehenditur: hinc vulgatum per l. 10. ff. & C. b. t. quod nemo
in re propria idoneus possit esse testis, cum quisque sibi sit maxime ami-
cus: nec obstat l. 20. ff. qui testam. facere poss. & §. xi. inst. de testam. ord.
cum per §. 10. inst. eod. totum negotium inter heredem & testatorem ger-
atur, & legatarius non sibi sed hæredi testimonium dicat: Ut nec §. si vero
neque cap. 7. Nov. 73. quoniam tabellio non in causa, cuius damnum ac
emo-

emolumenntum ad eum pertinet, testatur l. i. §. in propria f. quando appelland. porrò, cum amor inter patrem & filium natura maximus sit, ut tanquam causa explorata constitutum est, nec patrem filio nec filium patri testem idoneum intelligi l. 9. ff. l. 6. C. de testibus.

XX I.

Et quamvis ratio civilis, quæ consistit in patria potestate, per emancipationem sublata sit: l. final. de cap. minut. sit ut filius emancipatus, sui juris effectus propriam habeat familiam l. 195. §. 2. ff. de verb. signif. & testimonium ejus non possit dici domesticum: arg. l. 3. C. SC. naturalista men inclinatio manet, & jura naturalia sunt immutabilia, §. 10. inst. de jure natur. gent. & Civil. eò quod filius per emancipationem nec desinat esse filius d. l. 9. ff. & 6. C. eod. dum utraque ratiō Civilis, & naturalis coniunctim requiratur, & neutra sola sufficiat: facit princ. inst. de nuptiis: l. 1. §. 2. ff. de obseq. parent. & pat. ex quibus testimonium domesticum improbari constat d. l. 3. & merito, cum imperari posset, ut testes fiant; l. 6. ff. de testibus l. 4. ff. de reg. juris: producuntur enim de domo ejus, cuius potestati subjecti sunt, l. ediles 25. §. 2. l. 31. §. pedius ff. de adilicio editio: Gothof. ad l. 24. ff. de testibus, putà servi, quorum testimonium non admittitur, Nov. 90. C. 6. & Nov. Leon. 49. l. 5. 8. C. b. t. restringitur per l. 7. ff. eodem: & rationem discutit Anton. falter in Cod. lib. 4. T. 15. def. 60. N. 9. item Mercenarii, qui nobis ex conducto serviunt; l. xi. §. 1. ff. de penis: uxores, quas constat de familia mariti esse, l. quicunque C. de re militari. l. i. ff. de ritu nupiarum: l. 4. C. de crimine expilata hered. & generaliter omnes, qui ita sunt in domo alicujus ut in eos pater familias imperium habeat; Donell. ad tit. de test. c. 3. quibus quantum veritatis sit tribendum, prudens judex facile æstimabit: Paul. 5. sent. 15. De fratribus testimonio quid decidendum, dissentunt DD. si sc. alter emancipatus, vel uterque sui juris sit, quorum alii emancipatum audiendum affirmant: Alciarius de presumpt. reg. 1. pres. 23. Costal. in l. 4. ff. de testibus: alii improbant: Duarenus l. Perez. ad C. b. t. N. 8. in probatione autem ætatis per l. 8. §. 6. C. de repud. & ibi brunnem. in causis matrimonialibus: bartol. in l. parentes 6. C. de testibus. Brouwer de jure connub. lib. 1. cap. 23. N. 12. cap. 3. extra qui matrimon. accus. poss. ac denique in causis maritimis: Taco Glins pag. 10. v. van sijn Schipluyden: Stracca de nautis: part. 5. summar. 1. Testimonia admittuntur domestica: Rota gennens. decis 130. N. 5.

XX II.

Item, qui inimicitiae Capitalis suspicione non carent, testimonii dicendi

C

jus

jus denegatum est, d. l. 3. in princip. & l. 21. §. 4. ff. anib. si testis. & l. si quis testibus C. b. t. l. comparationes C. de fide instrum. inter quos sc. criminalis lis mota est, Nov. 90. c. 7. Donell. c. 4. b. t. N. 10. an vero, qui notatus sit, & reprehensibilis debite testetur, controvertitur, cum honestam & inculpatam vitam ostendere debeant testes: Nov. 90. c. 1. Duarenus ad tit. de test. cap. 6. placet affirmativa per l. 2. ff. eod. quippe ex dignitate, moribus, gravitate, honestate, & fide testimoniū judex colligit, quantum fidei, quis mereatur: l. 3. §. ideoque divus & d. l. 21. §. 3. ff. eod. nec obstat d. l. 3. §. lege junct. l. 15. & l. 21. ff. b. t. dum inde constet, quod inclusio unius sit exclusio alterius: l. 12. in pr. ff. de judiciis: arg. l. ex eo. ff. b. t. & hos nominatim lege esse comprehensos, quos non accusatio, aut criminis objectio infames fecit, sed sententia: l. 7. ff. de publicis judiciis. l. 14. ff. b. t. l. 17. §. in quaest. ff. ad municipal. l. unica C. de reis post. facit l. 9. C. de oblig. & act. dissentit Jus Canonicum per cap. 54. & final. extra de testibus: at licet specialiter certis legibus publicorum judiciorum infames testimonii dictione non prohibeantur, tacite ac generaliter satis legibus arcentur, ut quod privatis legibus omissum sit, religioni judicantium non omittatur. arg. l. 13. ff. de testibus.

XXXIII.

Removentur etiam & alii propter lubricum consilii, impuberes ex aetate, d. l. 3. §. lege: idque in omnibus causis, excepto crimine læse majestatis, l. 10. ff. de questionibus: alii ex animi morbo, furiosi, mente capti, l. 20. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. alii ex sexu, ut mulieres, sed in testamentis tantum, d. l. 20. §. 6. ff. qui testam. l. 18. ff. de testibus: hottoman. 3. obs. 14. prorsus cum nihil cognitum dici potest, quod in facto consistat, nisi id sensu corporis usurpaverimus, appareat, non sufficere, si quis dicat se scire, nisi & causam, quæ testimonium vel confirmat, vel infirmat, ut ex Baldo refert Sichard. in d. l. 3. N. 2. ac quidem à naturali aliquo sensu petitam, l. 18. C. de test. d. l. 20. §. pennet. ff. qui test. fact. poss. & rei, de qua agitur, convenientem, arg. l. si arbiter ff. de probat. l. 2. §. 8. idem ff. de aqua pluvia arcenda: cap. licet ex quadam, extra de testibus: qui enim dicunt, quæ non noverint: Nov. 123. C. 7. vel sibi non constant, aut vacillant, meritò rejiciuntur: l. 2. l. 16. l. 21. §. final. ff. eod. Nov. 90. c. 3. Gail. lib. 2. obs. 66. arg. l. 188. ff. de Reg. juris. cap. licet causam vs. quanquam extra eod. aut denique etiam si Jurati non sint: l. 9. in pr. C. eod. cum tota testationum vis ex testimoniū jurejurando pendeat: maranta prax. de test. produc. N. 19.

Con-

*Conditio, fortuna, fides, discretio, sexus,
fama, etasque bonis testibus esse volunt:*

XXIV.

Secunda species plenæ probationis contingit per instrumenta, ut scripturas fide dignas, l. xi. ff. finium regund. l. 4. de edendo: l. 22. C. de episc. & Clericis Nov. 73. cap. Sed eti quis: quæ licet laxiore significacione de omnibus, quibus causa aliqua instruitur, dici possint, l. i. ff. de fide instrum. strictius nos accipimus, de tabulis, seu scripturis, quibus Judici fit fides nostræ intentionis: l. i. ff. de instructo; vel instrum. legat. l. 7. ff. de feriis, & dilat. l. 99. ff. de verb. sign. ut sunt tabulæ censuales: l. censu ff. de probat. l. 3. C. sine censu, vel relig. fund. vel quæ sigillo confirmantur a magistratu, aut ab iis, qui publici alicujus officii, auctoritatem habent indubitatem, Wieland prax. civil. temp. 6. cap. xix. unde publica, per l. 31. C. de donat. l. final. C. de re jud. dum nulla inficiatione, aut contrariis testibus infringi possint, l. 30. C. de donat. Bald. in l. si quis 21. C. ad l. corn. de falsis: Gudel. de jure noviss. lib. 4. c. xi. N. 6. quare potiora testibus, d. l. censu & l. 31. C. de donat. arg. cap. 7. extra de prob. 6. quo & pertinent amb. ad hoc C. de fide instrum. & l. 6. de relig. & sumpt. funer. solent his annumerari instrumenta à tabellionibus scripta, forensia sc. l. 20. C. de fide instrum. & rectè, cum utique & argentarii, & tabelliones publicæ sint personæ l. 10. ff. de edendo. l. 3. C. de tabulariis & l. xi. C. qui potior. in pign. licet enim eorum fides in dubium vocari possit. Nov. 73. §. sed eti quis: & §. 5. arg. l. 14. C. de contrab. & comm. stip. major tamen, quam instrumenti merè privati, est auctoritas, modo interveniant solennia, d. Nov. 73. c. 5. secundum naturam negotiorum, Nov. 44. nec non annus, mensis & dies rei gestæ, Nov. 47. c. 1. quæ ex jure unde viginti enumerat J. Verney, de arte testandi pag. (mihi.) 182. quem numerum secundum mores cujuscunque regionis, iterum coarctat Gudelinus de Jure Nov. l. 4. c. xi. N. 22. proinde ut usitatas clausulas inferendas, inusitatas, aut non necessarias, prætermittendas putet Wesenb. ad ff. de fide inst. N. 5. Sichard. in rub. C. de fide inst. N. 7. loci nulla mentio, quamvis adjectio sit utilissima arg. d. l. optimam.

XXV.

Ad robur, quod attinet, authentica vulgo originalia; l. final. ff. quem-adm. testam. aperiantur l. 4. ff. familie l. 8. ff. eod. l. penult. C. de diversis off. plenam fidem facere, nemo ambigit, quam non merentur exempla, quæ Paulus in l. 2. ff. de fide instrum. vocat calumniosa, l. 5. ff. famil. ercise.

l. 7. & autb. si quis in aliquo C. de edendo, l. Sancimus C. de diversis rescriptis, Gail lib. 1. obs. 94. N. 2. Mynsing. ventur. 6. obs. 73. nisi ex authentico fide publica descripta, *l. 57. ff. de administ. tutor. cap. 1. & 2. extra de fide instrum.* idque à proferente probetur *l. 2. C. de testament.* exemplum vero exempli an probet, *DD.* dissentunt, si fide publica, & vocato adversario fuerit descriptum, sententia placet affirmativa: *Imbert. lib. 1. inst. forens. cap. 47. ad verb. proferant:* Negativa, de exemplo in archivo publico recondito, cum sola custodia ad fidem nihil conferat, & tempus non sit modus inducendi obligationem, *l. 44. ff. de oblig. & att.* porro, si de fide instrumentorum nihil dicitur, generaliter responsum est, non posse adversus scripturam interrogari testes: *Paul. l. 5. sent. 15. l. fin. C. ad l. Corn. de falsis l. 1. C. de testibus:* cum plus virium habeant contractuum instrumenta, quam nudæ aliorum testimoniū voces: *lex scripturas & auth. seq. C. qui potiores in pignore,* & scriptum non nisi contrario scripto refellatur: *l. 25. §. fin. ff. de probat. l. generali C. de non numerata pecun.* proinde ut per *l. Sancinus C. de testament.* sola voluntatis declaratio, ad infirmandum testamentum non sufficiat nisi & tempore deceppii antiquatum; aut per *Nov. 107. c. 2.* ad testamenti revocationem soli testes nihil præstent, nisi & aliud testamentum vel *ex non* scripto fecerit, qui ante fecerat ex scripto: nec obstat *l. 15. C. de fide instrum.* licet enim regulariter testimoniorum & instrumentorum æqualis sit virtus, in multis tamen instrumentorum probatio testimoniū depositioni prævalet. *d. l. census, & l. 3. C. se minor se major, l. 3. §. dna ff. de Carboniano edicto, l. 6. C. de fide instrum.*

XXV I.

Confessio in Jure facta, tertia plenæ probationis species est *l. 1. ff. & Cod. de confessis l. certum. ff. eod.* cum probato habeatur, quod quis confessus sit; *l. 25. ff. ad l. Aquiliam. l. 1. & seqq. ff. de interrog. in jure faciend.* ineptè itaque & ineleganter factum esse sustinet *Duaren. de prob. cap. 2.* qui confessionem vocant probationem probatissimam: *Gail. lib. 2. obs. 106. n. 2.* cum non probetur, nisi ad minimum duobus testibus *d. l. 12. ff. de testibus:* & confessio argumentum non præstet necessarium, nec in causa civili, nec in causa criminali, *arg. l. 1. §. final. ff. de questionibus:* aptius vero, vim seu vicem probationis confessionem saltem obtinere tenet *Gudelin. de jure nov. lib. 4. C. 17. n. 2.* modo jus & naturam recipiat, *l. 13. ff. de interrog. in Jure. l. 14. in fine ff. eod.* hinc queritur, cum confessi pro iudicatis habeantur *d. l. 1. & 6. ff. & c. b. t.* num condemnatio sit necessaria? & placet, lite sc. contestata. *l. 74. ff. de judiciis:* non rei quidem judicandæ, sed litis æstimandæ,

mandæ, vel similis rei gratia, l. 3. & 5. ff. de confessis. nec impugnant finalia verba d. l. 25. ff. ad l. Aquil. cum in condemnando Judex non possit contra confessionem statuere, ac in hoc judicio tanta rerum cognitione, quanta vulgo in aliis, opus non sit, l. 71. §. 2. ff. de legat. i. & post confessionem in Jure factam nihil amplius queratur l. 40. §. 1. ff. de pactis. & l. 56. ff. de re judicata ubi Godthof. displicet autem, si ante litis contestationem confessio facta fuerit, cum ipse sua sententia damnetur. d. l. 1. & l. 6. §. final. ff. t. ideoque ex diè confessionis tempus solutionis præstitutum computatur: Paul. 5. senten. 5. §. 2: dissent. gudelin ac alii interpretes.

X X V I I.

Facti evidencia, quæ cum instrumentis publicis ac rebus judicatis notoriū constituit, Gail. lib. 1. obs. 16. N. 7. & quam *inspectionem ocularem* vulgo vocant Pragmatici, quartam plenæ probationis speciem sibi vindicat, & *Jure*, cum sit optima, firmissima, & clarissima probatio, ceterisque omnibus potentior; Mäscard. lib. 1. concl. 8. n. 7. & seqq. si quis enim asserat vulnus atrox esse, & mox indicet locum, aut quis in ipso crimen reperiatur, quare sufficienter convinci censetur, probationes hæ in dubium revocari haud possunt; l. vulneris ff. de injuriis. l. si irruptione ff. finium regund. cap. 15. caus. 2. quest. 1. l. 32. in pr. ff. de minoribus l. lex que §. sed et si C. de administ. tutor. hujus usus est, cum in aliis rebus quam plurimè, tum maxime in causa finium regundorum, damni infecti, novi operis nunciatione, ædibus ruinosis, impensis factis, & aliis similibus causis, quarum summam colligit Althus. lib. 3. dicaeolog. cap. 28: n: 35: que, cum tam stultum sit in rebus apertis argumentari, quam suo sole clarissimo, lumen mortale adferre: Rota genuens. decis. 14. N. 48. ut causæ manifestæ non desiderant ordinem judicarium: Bald. in l. si quis 17. fine C. de testibus: preses Everhard. conf. 86. in fine, & conf. 213. N. 2.

X X V I I I.

Quinta consistit in *Jurejurando*, si sit præstitum, habetur perinde ac probatum, l. 11. §. final. ff. de jurejurand. sic ut si propriè loquamur, jurandum probatio non sit, nam nec jussus probare, si deferat adversario jurandum, voluntarium sc. cum sit in arbitrio ejus, cui delatum est, illud referre: l. 34. §. 6. l. 38. ff. & l. 8. 9. C. de jurej. & in judicio deferri possit et si nihil probatum l. 35. ff. eod. Groenweg. de LL. abrog. ad d. l. 9. C. b. t. auditur, quod sit *necessarium*, si in judicio relatum sit & necessario præstandum: l. 12. §. 1. C. eod. cum non debeat jurisjurandi conditio, displicere ei, qui detulerit. d. l. 34. §. 7. *Jussus autem*, ab onere probandi magis

relevatur, quam vere probat, si præstet jusjurandum; l. 13. §. final. & l. 30. in pr. ff. b. t. putà *Judiciale*; quod cum non deferendum sit, causa nisi dubia l. 31. ff. eod. quæritur: an ob semiplenam probationem, per unum sc. testem omni exceptione majorem admitti soleat? ut DD. l. 3. C. de rebus creditis communiter interpretantur, sed non rectè, cum parea sint non probare, & imperfectè probare: arg. l. quoties ff. qui satisd. cog. ac unus testis, qui non debet audiri per d. l. 9. §. 1. C. de testimonibus causam dubiam facere non possit, ne de servis quidem alienis, probationis habendæ gratia l. 20. ff. de questionibus: nisi forte & alia argumenta, atque indicia concurrant *Duaren.* 2. disp. 33. *Neostad.* cur. *Holl.* decis. 57. N. 1. C. 2. extra de probar. dum sc: utrinque probetur, exitumque querat judex, nec invenit, nec scit quo se inclinet: ac non adversatur l. *Theopompus* ff. de dote preleg. cum eo casu dos, non ex testimonio, sed potius ex arbitrio filiæ constituitur & testator voluit, ut arbitrio soli crederetur, ejusque censuræ starentur. *Alicat.* lib. 2. parerg. C. 19.

XXIX.

Sexta denique plenæ probationis species colligitur *ex argumentis*, *artificialibus*; *sen obliquis*, justis sc. ac urgentibus animum boni ac constantis Viri ad credendum plane, accedente necessaria *Juris* ratione; facilit l. final. c. de probat. sic ut ad condemnationem sufficient, nec probationem in contrarium admittant; unde certa, quæ Jure non respuuntur, vocantur hæc argumenta: l. 19. C. de rei vind. *Jure prodita*; l. 15. C. de jure dotium: *apertissima rerum* argumenta; l. 3. §. 4. ff. de suspect. tutor. liquida; l. 2. C. de in litem jurando: *evidentissima*, l. 34. §. 3. ff. de legat. po. *manifestissime* rationes; l. 17. in fine ff. de manumiss. testam. necessaria, l. optimam C. de contrah. & comm. stipul. *Tenuiçia* apud *Aristotelem*, quorum in jure passim occurruunt exempla, l. si const. & Godthof. ff. soluto matrimon. l. 34. C. ad l. *Ju- liam de adulteriis* l. 6. C. de dolo malo. & l. dolus C. de rescind. vend. ex quibus cum sint præsumptiones *Juris* & de *Jure*, lex firmum jus statuit, eas habendo pro veritate arg. l. 1. §. 1. final. ff. de minoribus l. 53. ff. de reg. juris l. 50. ff. de cond. indeb: juncta l. 9. C. eod. l. 7. C. de conditione ob causam datorum: l. 21. ff. de inofficio teſtam. l. 23. C. ad SCtum *Vellejan.* l. final. C. ad SCtum *Macedonian.* l. 15. §. 3. ff. de re judicata.

XXX.

Tantum de probationum speciebus, quas plenas appellavimus de iis tandem, quæ carent plena fide, & ex levioribus constant *argumentis*, *We-semb.* ad ff. de probat. n. 4. ac primo intuitu de ea, quæ fit per testem uni-

cum

cum pro reo vel actore, cum per se ad sententiam ferendam non sufficiens sit, nisi aliunde juvetur: DD. in l. admonendi ff. de jurej. arg. l. 3. §. 1. ff. de testibus & l. 3. C. derebus creditis: præced. cap. 28. putà proferri chirograhum quod is, adversus quem profertur, a se scriptum neget, cumque esse hominem vitem, & contemptum, cum proferens sit gravis & spectatæ fidei accedere testem unum integra existimationis, qui pecuniam, ex chirographo petitam, numerari viderit, negantem convinci, etiam comparatione literarum aut confessione extrajudiciali: hæc & similia, cum valere non possint, quia magna sunt, valere utique debent, quia multa sunt, ut, quod pondere deest, numero suppleant: quo pertinet illud Ovidii lib. 2. de remed. Amor. vers. 12.

Forstian hæc aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit,

Sed que non profunt singula, multa iuvant.

nec tamen ex his quicquam certi præscribimus cum omnia Religioni, & judicis arbitrio committenda sint, ut ipse ex animi sui Sententia aestimet, quid aut credat, aut parum probatum opinetur l. 3. §. 2. ff. de testibus farinac. lib. 1. consil. 36. & lib. 1. decis. 116. & seqq. plene tamen præter d. l. Theopompus testis unicus probat arg. l. final. C. de fideicomm. quin & accusati innocentiam: Bartol. in d. l. admonendi. vers. quæso quid si actor. ff. de jurejur. ut & in occultis delictis, prout latius adstruit. Anton. Gabriel. concl. 7. de test. per rot. & Gomes. variar. resolut. l. 3. C. 12. n. 21. plotus de in item jurando. §. 4. n. 22. & seqq. farinac. d. loco.

X X X I.

Secunda imperfectæ probationis species vulgo quadruplex, Oldendorp. tract. de semiplena probat. fol. 285. & præter alios DD. late Jason. in d. l. admonendi quanquam in eo non adeo sit laborandum, ut ad certas species revocetur, cum singulæ sint infirmæ, & non nisi plures coacervatae proficient, ex literarum comparatione producitur. l. 20. C. de fid. instrum. quæcum sit ultimum indagandæ veritatis subsidium, est fallax testimonium; Coler. de process. fol. 365. n. 96. nec temere, aut sine quibusdam cautionibus admissum; perez. ad. Cod. de fide inst. n. 21. non sc. ex instrumentis, nisi quæ adjunctam habeant trium testium subscriptionem, quorum duo ad minimum suam recognoscant manum, aut si illam insufficientur, collatione propriæ manus convincantur, sic ut constet, sine testibus literarum comparationem fuisse inutilem, testibus accendentibus, non necessariam, cum per Nov. 73. C. 3. quæ viva voce, & cum jurejurando proferuntur, multo fide digniora esse, quam ipsam per se scripturam arbitratus

tratus fuit Imperator nisi tamen hactenus , ut judicis animus in eandem sententiam magis confirmetur , si comparatio testibus consentiat. *Donell.* lib. 25. C. 2. ad tit. de fide instrum. n. 60. alioqui non nisi ex chartis publicis , in quibus testium subscriptio non est necessaria ; *arg. auth. adhæc.* C. de fide inst. exceptis iis privatis , quibus adversarius pro se utitur; *Nov.* 49. Cap. 2. aut saltem ex iis , quæ ab aliquo tabellione confecta sunt. d. l. 20. C. de fid. inst. literarum comparatio conceditur : quamvis de jure novissimo quorumvis instrumentorum ex sola aliorum hujusmodi comparatione , probatio valeat , modo res , de qua agatur , sit infra auri libram , aut ruri contrahatur : *Nov.* 73. C. 8. & 9. l. 17. & auth. seq. C. si certum petatur : auth. et si contractus C. de fide instrum. *Menoch.* de arbitrar. jndic. lib. 2. Cent. 2. cas. 114. pag. 219. *Nicol.* de pass. de priv. scriptur. lib. 2. de apacha manu debitoris conscripta pag. 235. *Carpzov.* definit. forens. part. 1. const. 17. def. 15. rebuffus ad const. reg. in traet. de chirorg. & cedul. recogn. præcipue in præfat. N. 28. & seqq. ac si aliqua fiat contradic-
tio moveri potest Judex ad delationem jurisjurandi. d. *Nov.* 73. C. 4. & 7.

XXXII.

Tertia constat ex scripturis privatis ; l. quis §. 1. ff. de edendo : l. instrumen-
ta, l. exemplo, l. rationes , C. de probat. quæ per se ad probationem non
sufficiunt, nisi jurejurando aut confessione adjutæ ; arg. l. generaliter , C.
de non numerat. pecun. quod enim per l. etiam ff. de probat. & l. l. C. si min-
se maj. parentum scripturis, de anno , & die, quo nati sunt liberi, con-
fectis l. 2. in pr. ff. de excusat. ætas probetur, est jus speciale , cum in eo
nullum adhuc commodum, aut damnum filiorum versatur , quæ & con-
trariis probationibus in firmari possunt ; l. 29. ff. de probat. Nec obstat l. non
est novum, C. edendo: cum per l. 6. C. eod. & l. illata C. de fide instrum. pri-
vata instrumenta contra scribentem , non autem pro scribente probent;
sic libri tutorum probant contra scribentes in receptis ; l. qui sub cond. ff.
de cond. & demonstrat. l. 46. §. tutela ff. de administ. tut. sed quoties privata
instrumenta utriusque contrahentis consensu sint scripta , plene creditur:
arg. l. 26. §. 1. & l. 34. ff. de pignor. & hypoth. aut si instar publicorum instru-
mentorum trium testium subscriptione confirmata fuerint ; *Nov.* 73. c. 4.
proinde ut in materia prælationis, si tempore priora sint , merito posteriori
hypothecæ præferantur , cum suspicio fraudis , ac doli cesset ; l. xi. C.
qui pot. in pign. facit Grotii introd. lib. 3. p. 5. N. final. dissent. praxis
Amstelod. recept. per *Groenw.* ad *Grot.* lib. 12. p. 48. N. 33. quod
vero in foro mercatorio literæ , ac libri mercatorum vim publicorum
instru-

instrumentorum habeant, nimis notum, quam quod defendi debeat; *albert. gent. de advocat. Hispan. lib. 2. c. 10.* & requisita congregavit: *Gail. lib. 2. obs. 20. Nicol. de pass. de priv. script. lib. 4. quest. 21. de lib. mercat. N. 30.* & seqq. *Groenw. de ll. abrog. in l. 5. 6. 7. C. de probat. rota genuens. decis. 142.* sic ut consuetudo in locis, ubi vigent mercimonia, possit privatam scripturam facere authenticam per cap. *dilectus ext. de fide inst.* recte itaque concludit *Straccha. d. loco:* in curia mercatorum æquitatem præcipue spectandam, causasque ex æquo & bono dirimendas; cum ibidem de apicibus Juris disputare, minime congruere, nemo est profecto, qui nesciat *arg. l. 21. §. 3. ff. de testibus:* specialiter in assecurationibus: *art. 43. ord. proced. in foro assur. Amst. recept. consuet. Antwerp. tit. 54. art. 4. 5.*

XXXIII.

Suprema denique semiplenæ probationis species, non ex physica ac necessaria ratione, ex argumentis autem, quæ vocantur *contingentia*, & quorum consequentia non est *necessaria*, Juris sc. præsumptionibus infertur, & quidem verisimilibus, *proced. cap. 5. juncta l. 3. l. xi. l. xii. ff. de probationibus:* quæ, cum non ex certis, sed probabilibus tantum, ac fortioribus oriatur signis, merito probationi contraria cedit; *d. l. chirurg. ff. eod. l. 16. C. de prob. l. final. ff. de eo quod metus causa:* quandoque etiam non repugnantibus, ut cum levi saltem aliqua suspicione nitatur, puta furtum ab eo factum esse, qui in ædibus fuit servum, qui ab emptore aufugit, fugitivum, antequam emeretur, fuisse; *l. emptorem, l. enim probatio ff. eod. fuga enim, licet magnam suspicionem pariat adversus fugientem, non tamen justam meretur fidem indicta causa: per auth. si vero, C. ut omnes jud. tam civ. quam milit. item liberam esse, cuius pater liber est, l. 10. C. de probat. ingenuum, cuius fratres ingenui; l. 17. C. eod. legitimum filium non esse, quem irata mater, ut spurium in actis professâ; l. neque natales C. eod. quæ & similia, cum sint signa leviora; ac onus probandi in adversarium non trajiciat, sed quale quale indicium faciant, per se admodum sunt infirma, plerumque tamen aliis adjuncta, plenam facere fidem, atque ad condemnationem etiam in criminali Judicio prodeesse constat ex *l. Procula ff. l. instrumenta, l. final. C. eod. l. 19. C. de rei vind. l. 1. §. 1. & q. ff. de quest. l. 22. C. ad l. Corn. de falsis, Mynsing. cent. 6. obs. 97. N. 8. Vultej. 2. Jurisprud. 2. N. 79.* Itaque in omnibus hisce articulis, ac toto probationum usu, propter causas in judicio controversas instituto, ut veritas certo constet rerum administriculo, quod Judex aut condemnando, aut absolvendo sequatur, *bene Deus,* quam latè patet æquitatis ratio, quam oportet Judicem lynceis oculis percipere circumstantias omnium rerum.*

POSITIONES.

I.

Princeps ex contractu cum subditis in ipsa delatione, Imperii inito, tam tenetur, imo magis, quam aliquis ex subditis. arg. cap. prim. de probat.

II.

Nec movet, quod Princeps sit solitus legibus: 1. princeps. 31. ff. de legibus: cum legibus non sit solitus: 1. digna q. Cod. eodem. ac utrum recte, diverso considerandi modo.

III.

Multum in Jure incerto tribui oportet reo, Possessioni, multum causae, multum circumstantiis personarum: Nec tamen ex eo, Ius certum ac finitum non posse dici, sequitur.

IV.

Ad consuetudinis essentialia non spectat contradictorium iudicium, sed omne rei momentum est in tacito populi consensu.

V.

Tutoris datio de jure civili, non est Imperii, non Jurisdictionis, sed a sola lege quocirca nec ea, nec potestas decernendi venditionem, aut obligationem praediorum minorum, vel admittendi transfectionem de alimentis futuris, testamento relictis, mandari, aut prorogari potest.

VI.

Etiam conceptus alternativè libellus valet, 1º. cum dubitatur, qualis actio sit instituenda: 1. 1. §. 4. ff. quod legatorum: 2º. cum agendum est ex 1. rem majoris, 1. c. de rescind. vend. 1. 1. ff. de publicana in rem action. 1. si fundus 16. §. in vindicatione 3. vers. si vero ff. de pign. & hypoth. arg. 1. 21. §. 6. ff. de aet. empt. aliisque casibus.

VII.

Pactum de hereditate vivi, & certi acquirenda, conservanda,

vanda , vel amittenda ipso jure nullum est , at Jure valet
Canonico.

V I I I.

*Debitoris pactum de non petendo prodest & fidejussoribus :
si autem debitor postea sit pactus ; ut a se petatur , ex eo
fidejussor denuo non obligabitur.*

I X.

*Non est de essentia mandati ad lites , ut specialis fiat men-
tio ratihabitionis.*

X.

*Restitutio minorum non competit fidejussoribus : nec majo-
ribus communem , ac dividuam causam habentibus cum
minoribus , secus individuam :*

X I.

*Restitutio in integrum non datur adversus præscriptam
actionem Paulianam.*

X I I.

*Actio in rem exerceri potest , & in loco domicilii veri pos-
sessoris , licet res ibi non sit sita , & in loco rei sitæ.*

X I I I.

*In publicis judiciis non conveniuntur heredes , etiam post
litis contestationem , multo minus antè eam , nisi casibus
in l. ex judiciorum 20. ff. de accusat. l. 2. ff. ad l. Jul. re-
petund. l. final. ff. ad l. Jul. pecul. expressis & simili-
bus.*

X I V.

*Legitima non potest ullo modo a testatore gravari , nec da-
ri , nisi institutionis titulo , cuius quantitas respectu pa-
rentum , ac fratrum etiam aucta est.*

X V.

Substitutio facta in codicillis valet in vim fideicommissi.

X V I.

*Per querelam inofficiosi sola heredis institutio , reliquis sal-
vis rescinditur.*

X V I I.

Jus accrescendi non transit in emptorem.

X V I I I.

Non est pugna inter l. quæ patet 32. ff. famil. ercisc. & l. cogitatione 21. Cod. eod.

X I X.

Possunt commodè conciliari l. si pæn. 19. §. 1. l. in summa 65. §. final. ff. de condic. indeb. cum l. repetitio 44. eod.

X X.

Nec est ulla antinomia inter l. Cajus 39. ff. de pign. act. & l. fidejussor 26. §. 1. ff. de pignoribus.

X X I.

Exercitoria datur contra singulos exercitores in solidum.

X X I I.

Actiones cum hostibus factæ, valent Jure gentium nec aduersus eas est postliminium.

X X I I I.

Ad pretii soluti, & usurarum quantitatem, cessio valet.

X X I V.

Sub protestatione & pro honore facta solutio cambii, contra quoscunque parit actionem negotiorum gestorum.

F I N I S,

A C

S P E S M E A C H R I S T U S.

A D



A D

*Præstantissimum Eruditissimum Virum
Juvenem*

D. JOANNEM
vander HELST,

*in illustri Academia Ultrajectina Doctoratus
gradum summa laude conssidentem.*



Ars fremat horrendus, generoso in pectore
Musæ

Nil curant lituos, nil quoque rostra
movent,

Rostra petit Pacis, servatque, domique, forique
Hic uti Mysta sagax, Amstela testis crit.

Non-

Nonne Tibi Themidis justissima velle tueri
Semper erat Zelus ? nautica sicut acus
Sponte Polum vergens , rabidi quam murmura Venti
Vix removent centro , sic tua Musa facit.
Huc igitur juris sancti sanctissime Custos ,
Ex meritis ornet pulcra corona caput.
Amstela Te genuit , rumor tuus urbe vagatur
Leydâ , ubi Te perhibent grande fuisse decus
Ejus Athenæi : Precor ut mox Curia dicat ,
Immortale paris per tua gesta decus.
En redimitus ades , Tibi nunc data summa potestas
Juris-Consulti , totus in arte Sophos ;
Stas Athleta bonus , cedo , quis Te ditior alter ?
Semper honos , gazæ , queis fruiturus eris.

J A C O B B I B E N .
M. D. A.

I N

I N E U N D E M,

O D E.



*Edulò tandem studiis peractis ,
Victor ut pugnâ rediens , salutem
Cùm sua magnam Patriæ paravit ,
Advenis HELSTI ;*

*Advenis cinctus viridante lauru ,
Debito multo renitens honore ,
Quem tibi sacra Themidis labores
Promeruere.*

*Quid moras nectis ? Propera ! Reclusa
Arcis Augustum Themidis cacumen
Scande ; Nam Te met manet hic honorum
Major acervus.*

*Interim dulces , amor ante cuncta
Noster , ô Musæ , reserate Alumno
Ostium vestro , meritosque mecum
Spargite flores.*

JOHANNES HEYMAN,
Phil. Stud.

М А Б И С К И

Е Д О

Любо братко градине боянине
Възь възь възь възь възь възь възь
Градине боянине Пана панай
Сълъдънъ Ильинъ

Дълъгъ дълъгъ дълъгъ дълъгъ
Дълъгъ дълъгъ дълъгъ дълъгъ
Дълъгъ дълъгъ дълъгъ дълъгъ
Дълъгъ дълъгъ дълъгъ дълъгъ

Они мони мони мони мони
Они мони мони мони мони
Они мони мони мони мони
Они мони мони мони мони

Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ
Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ
Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ
Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ Сълъдънъ

ИОАННЕС НЕУМАН
Пип сад